



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

27. Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

378 DE POTESTATE SECUL.

*sum iudicis ecclesiastici auctor noster conscripsit,
quando is requirit familiam iudicis laici infra
de potestate ecclesiastici Judicis, fall. 26. nu. 20.
Matth. Boyß Doct.*

27. Fallentia.

27. fallit quando iudex secularis astringitur ad exequendum sententiam iudicis ecclesiastici super causa criminali latam. Nam tunc iudex secularis potest cognoscere de justicia processus, per §. si vero crimen. in Authen. de sancti. episc. in ver. prætor. causa cognita, & loquitur de mandato facto per ecclesiam iudicii seculari, ad idem gloss. in ver. per Episcopum in Authen. clericus C. de Epis. & Cle. & tenet Barto. in l. Divus 2. ff. de custo. reo. & idem Bar. Bald. & Pau, de Cast. in l. magistratibus ff. de juri. omn. judi. & Barto. in l. non dubium. ff. de custo. reo. & in l. fi. in fi. princi. ff. si quis jus dicenti non obtempera, & Antho. in cap. 1. de obl. ad ratio. & ista est communis opinio legistarum, quæ tamen procedit in crimibus mixtis, puta sacrilegio & similibus de quibus in cap. cum sit generale, & dictum est supra.

Propterea dico, quia in criminis hærefis hoc non procederet, ut in cap. inquisitionis §. prohibemus, de hære. ubi est casus in hæretico condemnato per judicem ecclesiasticum, quia secularis tenetur exequi simpliciter ejus sententiam, & ideo op. Bart. de qua supra qui in allega. l. magistratibus posuit exemplum de hæretico est contra prædictum §. prohibemus, & idem tenent Sicut. & Doct. in cap. ad abolen-

dam

IN ECCLESIASTICOS. 379

dam de hæreti. Bald. in allegat. Authen, clericus Ang.
in dicta. l. magistratibus. & in alleg. l. Divus. & Si-
cul. in cap. fi. de statu mona.

Adde Sicul, *in præalleg. cap. 1.* qui dicit se pu-
tare quod *dictus s. prohibemus* procedat in alijs cri-
minalibus merè ecclesiasticis ; veruntamen alias
ego vidi servari contrarium in persona fratris Pe-
tri Ioan. Ordinis Minorum , qui postquam fuit
actualiter degradatus , fuit examinatus in curia
parlamenti , & facta examinatione , viso processu
& sententia judicium delegatorum, attentaque de-
gradatione die præcedenti facta, fuit condemna-
tus ultimo suppicio , & publice decapitatus tan-
quam laicus.

Vnde Sicul. *in allegat. cap. at si olerici.* & An-
thon. ubi supra tenent quo d in alijs criminibus ab
hæresi & causis civilibus judex sæcularis non te-
netur stare processui judicis ecclesiastici , nec e-
contra. Et acta facta coram uno fidem non fa-
ciunt coram alio. Quod in criminibus mixti fori
procedat indubie, sed non respectu causarum
civilium, propter *capitu. fin. de excep. libro. 6.* Ni-
si sententia esset evidenter nulla, tenet Petrus de
Ancha. consilio. 283 incipiente revento ordine du-
biorum,

Restat igitur conclusio quod in criminali-
bus alijs ab hæresi judex sæcularis non tene-
tur stare processui judicis ecclesiastici. Adde
quod si Episcopus invocat Brachium sæcula-
re contra clericum suum , qui tamen ab eo
ex probabilibus causis ad Sedem Apostolicam
appellavit princeps vel iudex sæcularis non

C c 3 de-

380 DE POTESTAT. SECUL.

debet eum juvare, ita tenet Oldra. consilio 89
 & movetur quod eidem Episcopo postquam est
 appellatum, ab eo subditus potest ei resiste-
 re. C. de jure fisci. 1. prohibitum libro decimo.
 immo procedendo appellatione pendente, vi-
 detur superiori injuriam facere, 2. quæstion.
 1. cap. nomen. immo procedens peccat & puni-
 tur, 2. quæstione 6. cap. Decreto, cum tribus capi-
 tibus sequentibus, cap. de priore. de appellat. 1. quo-
 niam judices, C. de appellat. ubi dicitur quod Of-
 ficialis non resistens pertinaciter judici non reci-
 pienti appellationem punitur 30. pondo auri, &
 ibi secundum Oldra. est casus ad id quod supra.

Et qua lege forte sustinéri possit, quod ju-
 dex temporalis possit impedire executionem sen-
 tentiæ præsertim irretractabilem, à qua fuisset
 ad Sedem Apostolicam appellatum, donec re-
 velandi tempus elapsum extiterit, quod sæpe
 numerò fieri vidi, ad quod adduci possent quæ
 scripsi supra in 30. fallent. secundæ regulæ, sed
 istud nollem pertinaciter sustinere metu violatio-
 nis ecclesiasticæ libertatis & perturbationis juris-
 dictionis Ecclesiæ.

28. Fallentia.

Vigesimo octavo, fallit in appellatione in-
 terposita ab Episcopo, vel quovis alio Præla-
 to Ecclesiastico, qui cognovit, ut delegatus
 Principis, vel alterius judicis sacerdotalis, ut in
 authent. si quis litigantium, & ibi Bald. C. de E-
 piscopa. audien.

29 Fal-